



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 98. Octavii Aquavivæ Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

clesiae proventum & obsequia impedit, **Sæc. XVII.**  
ac variis Congregationibus adscriptus, **A. C. 1674.**  
ubique suæ vigilantiæ, miræ in rebus  
gerendis dexteritatis, fidelitatis, ac pru-  
dentiæ luculenta reliquit vestigia: In-  
super Ecclesiam S. Mariæ in Publicolis  
nuncupatam olim a Majoribus suis jure  
Patronatus excitatam ære suo e funda-  
mentis ad novam, magisque splendi-  
dam formam reduxit; majore adhuc  
follicitudine Tudertinum gregem suum  
ad salutaris doctrinæ pascua conducere,  
indefesso studio adlaboravit, Tandem  
vero anno ætatis suæ quinquagesimo  
quinto Romæ æternam a Deo merce-  
dem beato fine recepit.

### §. XCVIII.

#### *Octavii Aquavivæ Cardinalis extrema.*

Eodem hoc anno naturæ debitum sol- **Ciacon. in  
vit Octavius Aquaviva de Arrago-  
nia, ex nobilissima hujus nominis stirpe** **vit. Innoc. X.  
Neapolitana progenitus, qui emenso  
studiorum curriculo Romam delatus,**  
ab Urbano VIII inter honorarios Cu-  
biculi Pontificii Ministros adlectus,  
Æsinæ, Urbevetanæ & Anconitanæ ur-  
bium Praefecturam obtinuit, variisque  
Congregationum negotiis adjunctus,  
tandem ab Innocentio X. inter Purpu-  
ratos

Yy 5

Sæc. XVII. ratos cooptatus est. Interfuit comitii  
A.C. 1674. Alexandri VII. ubi sane intrepido ani-  
mo conclavis libertatem contra illos,  
qui eam nimis opprimere nitebantur,  
propugnabat: Erat enim Princeps ani-  
mi magnitudine, & discreto æquitatis  
Zelo præstans, in familiares liberalis,  
in amicos munificus, erga omnes mi-  
tis, suique honoris tenax & ubique  
splendidus: Attigit annum ætatis sue  
sexagesimum quintum.

### §. XCIX.

#### *Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.*

*Decif. Rot  
Rom. Congr.  
imm. Rit.  
Ec.* Præter plures Constitutiones hoc an-  
no a S. Congregationum Patribus  
emanatas, etiam die nono Aprilis i  
S. Rota Romana decifum legitur, quo  
quamvis distributiones quotidiane Co-  
nonicis ex causa belli non residentibus  
debeantur, si tamen eorum aliquis a  
tempore, quo ceteri redicere, non re-  
dierit, iis frustretur: Ejusdem quoque  
Mensis die decima tertia per prefata  
Tribunalis Patres declaratum est, quod  
Capitulum & Canonicci, si ad aliquam  
Ecclesiam simul non singuli, sed Cap-  
tulariter intervenire tenentur, non suf-  
ficiant tres, quatuor aut quinque. Di-  
vero decima quarta ejusdem Men-  
sium Sacra

